

9.1.77 num. 3



2. 77 num. 3

DISPUTATIO
POLITICO-JURIDICA,
DE
ADQVIRENDA & AMITTENDA
NOBILITATE,
Quam,
DIVINA ADSPIRANTE GRATIA,
In Inclyta Argentoratensium Academia,
SVB PRÆSIDIO
VIRI
NOBILISSIMI, CONSULTISSIMI
atq; EXCELLENTISSIMI,
DN. IOHANNIS REBHAN,
U. I. D. PAND. PROE. PUBLICI,
& p. t. UNIVERSIT. RECTORIS
MAGNIFICI,
Dn. Promotoris atque Præceptoris sui sempiter-
no observantiae cultu prosequendi,
PUBLICO EXAMINI SVBIICIT
JOHANN. WILHELMVS Reudel/
Nobilis Hassus.
Ad Diem 12. Martij.
Loco Horisque consuetis.
ARGENTORATI,
Ex Typographeo FRIDERICI SPOOR.
ANNO M. DC. LVI.



381



187.

2

SERENISSIMO atq; CELSISSIMO
PRINCIPI ac DOMINO,
DN. VVILHELMO,
LANDGRAVIO HASSIAE,
PRINCIPI HIRSFELDIAE, COMI-
TI CATTIMELIBOCI, DIEZÆ, ZI-
GENHEINÆ, NIDDAE & SCHAUM-
BURGI. &c.

HEROI INCLYTO ET MAGNANIMO,
PRINCIPI AC DOMINO MEO
CLEMENTISSIMO

X quo SERENISSIME CELSSI-
MEq; PRINCEPS, formando me-
lioribus literis ingenio patriâ ab-
esse debui, documentum aliquod
laborum florentissimæ huic Aca-
demiae, pro tenuitate mearum Virium exhiben-
dum identidem meditatus sum, illicoque occurrit
Augustissimo Tuo Nomini inscribendum. Illud
est,

est, quod addictissimis Sereniss. T. Cels. obsequiis
nunc offero (postquam alias porrò terras lustrare
à Nobilissimo meo Parente jussus sum) primitias
scilicet studiorum meorum Academicorum, non
eius profectò vel dignitatis vel artis, ut Cels. T.
auspicatissimum Nomen præfigi potuisset, nisi
Clementiæ T. adeò illustria animo obversarentur
exempla, quibus maximè imbecilles conatus ab
eadem non tantùm sublevari, sed & insigniter
honorari totiens testatum factum est. Quam
quidem incompto hoc scribendi genere si adni-
terer extollere, plurimùm eidem detererem, ma-
joribus quam hisce per exiguis celebrandæ pagi-
nis. Potius itaque erit, ut hoc studiorum speci-
mine devotissimum T. Celsitudini pectus ostend-
erim, si prius impetravero, ut Clementissimo
vultu accipere non dedignetur à

T. Sereniss. Celsit.

Ex Academia Argentoratensi
D. 12. Mart. M. DC. LVI.

humilimo Cliente

Iohan. Wilhelmo Reudelii
Nobil. Hass.

PROOEMIVM.



Uemadmodum in corpore humano membra quædam dignitate cæteris antecellere; & quemadmodum noctis circiter meridiem,
Cum pictus aer servidū latè ignibus
Poli choreas astricas ostenderit;
in syderibus alia aliis splendidiora & magis radiantia videmus: Ita etiam hac in vita dantur Ordines & multi & varii, inter quos itidem differentiam non parvam animadvertere licet. *Conf. Bodin. de Republ. lib. 2. c. 8. Lam pad. de Republ. Rom. Germ. part. 3. c. 1. n. 2. Junius in Orat. de vita hom. Nobil. p. I. Bloemert. in pref. de inform. Nobil. iuv. & plur. Rever. Dn. D. Musæus in pref. Expl. Coll. Hutt. Loc. de Magistr.* Datur enim bono melius, l. 75. §. 2. ff. de V.O. Cluet homo homine præstantior, civis cive, ut non potuerint omnes uno loco constitui, nec omnes novissimo. *Novell. s. cap. fin.* Et Politia etiam videtur imitata esse Naturam, in excelsiori sede partes corporis nobiliores, alias in inferiori reponentem, dum diversos ci vium ordines instituit, paravitque, quæ graviores viros distinguerent à profana plebe, dignitates varias, modò Regales, modò non Regales, modò gradus, ut Nobilium, Doctorum &c. *Vid. Besold. in oper. Polit. l. I. c. XI. de jure ordinibusq; Civ. §. 5. Perez. in Cod. lib. XII. tit. de dignit. n. 7. Excell. Dn. D. Thomæ (Prof. Publ. quondam in*

A

Acade-

281

Academia Ienensi, nunc Consiliarius Saxo-Altenburg famiger.) in pref. disput. de A. Nobil. Sed quoniam tempus in procœmiis expendere non debeamus, arg. l. 39. §. I. C. de Appellat. brevesque Præfationes commendentur, l. I. ff. de O. I. Quapropter sine tædiosa etiam verborum ambage rem ipsam nunc aggrediar, nobilemque hanc de Nobilitatis dignitate materiam pro viribus ingenii, grato Laconicæ brevitatis (quam vel ipsa temporis quo circumscribor, angustia imperat) compendio proponam, placidæque *non* subiiciam.

Id quod dum facio, tu ô Deus, à quo omnia dependent, & sine quo omnis agens frustra agit, neque aliquid honestum aut utile inchoare potest, can. non observetis 15. caus. 25. quæst. 7.

Huc ades, & nostris clemens allabere cœptis,
Ut possit portum tangere nostra ratis.

THESES I.

Rincipio autem, monitore Philosopho, & ex eo, Scaligero in Exerc. 356. s. I. consideranda venit explanatio vocis Nobilis; Et quidem (i) Etymologia: ubi brevitatis studio, missis aliquorum derivationibus, quibus Nobilis, quasi *non-vilis* dictus, vel quasi *non-bilis*, ideo quod præ cæteris debeat esse mansuetus, Dan. Otho de Iur. Publ. c. 19. p. m. 649. Add. Arum. I. Iur. Publ. 16. concl. I. nobis à noscendo dici vereius videtur, quasi *noscibilis*, h.e. celebris, & præ cæteris omnibus notus, quod vir Nobilis debeat esse noscibilis, h.e. clarius & notior omnibus, vel quod eorum aut nobis, aut familia in Republ. illustrior & omnibus notior, magisque venerabilis habeatur. Besold. Oper. Polit. d.l. I. 6, II.

c. II. §. 6. n. 38. Brautl. I. Publ. l. 4. c. 5. n. 3. Germanis voca-
ris solet hic dignitatis gradus der Adel / & Nobiles die E-
dlen; sic Synecdochicè ab Aquila Adler/ h.e. Imperato-
re Romano , quem præsertim in militia sequebantur.
Besold. in Thesaur. Pract. voc. Adel. Referunt alii ab
ιυδηλο- h.e. manifestus, notus ; δῆλος autem vel à δάσκα-
scio, novi; Simili ratione ut Nobiles à noto, vel ἀτε δῆλος,
i.e. ἀπόφεντες; alii ab αἰδεῖομαι, honoro revereor; Helwig. in
Orig. Lingv. Germ. voc. Adel; & Martinius in Lexic. Philo-
log. voc. Nobilis.

II.

Unde etiam, ut (2) Homonymiam discernamus,
non una est vocis huius usuratio, maximè cum ex illis
sit, quæ inter τὰ μέσα recensentur, ut videre est apud Tira-
quellum in tractatu suo egregio de Nobilitate. Latif-
simè enim & in generaliori significatione Nobilis voca-
tur, quicunque propter rem quam piam, vel bonam, ut
virtutem, quæ sola atque unica vera est Nobilitas, Juve-
nal. Satyr. 8. vel malam, hominibus innotuit; uti contrà
ignobilis dicitur, cuius nomen ignotum, & cæteris ob-
scurius est; quomodo Hispana Fecenia Livio lib. Histor.
39. dicitur nobile scortum; & Nimrod nobilissimus La-
tro apud Bodin. l. 3. de Republ. cap. 9. & Isocrates nobilis
Rhetor, ap. Ciceronem; contrà ignobile Vulgus, apud
Virgilium. Latè, cuiusvis generis vel originis præstan-
tia est; Ita olim etiam Imperatori & Cæsari nobilis &
nobilissimi titulus datus, l. 3. ff. de Natal. restit. l. 15. C. de
Pæt. & passim. Postea etiam quibusvis Illustribus &
in sublimi dignitate positis (Principibus, Ducibus, Mar-
chionibus, Comitibus, Baronibus) competuisse tale præ-
dicatum & nomen Nobilitatis, tradit Nobilissimus Ca-

A 2

spat.

spar. Lerch ab & in Durmstein / in tract. de Ordine Equestri
 Germ. Cæsar. p. 1. f. 5. & seqq. S. nicht weniger. Et s. aus wel-
 chem. fol. 6. ubi: daß auch noch heutiges Tages Kaiser /
 Chur- und Fürstl Canzleyen-stylo gemäß / den alten Gras-
 sen / Edlen Herren / geschrieben werde r̄. Eumque sty-
 lum Curia Pontificia adhuc hodiè in inscriptionibus &
 Titulis tum Electorum , tum Ducum & aliorum Prin-
 cipum retinet. Ita Marchionem Misnensem Nobilis
 viri titulo insignivit Innocentius III. in cap. constitutis.
 46. X. de test. & attestat. cap. grandi 2. de suppl. neglig. pre-
 lat. in 6. Et nostro seculo Paulus V. literas ad Maximi-
 lianum Bavariae Ducem de Pragensi victoria anno 1620.
 gratulatus, datas, inscripsit : Dilecto Filio, Nobili Viro.
Conf. Speidel. in not. Iurid. Polit. Histor. voc. Adel. Sanè
 anno 1561. Imperii Principes inscriptionem hanc repro-
 basse, literasque sic inscriptas, sibi oblatas, Pontificis
 tunc temporis Legato, non resignatas, remisisse, refert.
Chytræus in Saxon. lib. 20. ne Dignitatum Ordines, qui-
 bus Imperium Romano-germanicum pollet, confun-
 derentur. *Strictius autem pro certo & definito digni-*
 tatis gradu sumitur, & in specie Nobiles (de quibus
 nunc nobis sermo est) dicuntur illi, qui jure ac moribus
 tales censentur, sive nobilitatem ex natalibus, sive ex
 privilegio summi Principis sunt adepti. *Conf. Tiraqu. d. h.*
Reinking. de R.S. & E. lib. I. & 5. c. XI. n. 5. & 6.

III.

Quia autem dignitates & infamiae ex cuiuslibet Re-
 gni moribus cum plurimum soleant æstimari: Ideò una
 omnibus populis conveniens Nobilitatis definitio vix
 constitui & in medium afferri potest. Bodin. 3. de Republ.
 8. Tiraquel. de Nobil. in princ. Besold. d. l. Gothofr. Anton.
 diff.

Diss. 77. num. 3

187.

dis^p. Feud. 2. th. 4. lit. g. Præsertim quod s^ap^en t^am vir-
tute, qu^am scelere Nobilitas comparetur & adquiratur;
Nihilo minus tamen Nobiles tales in magno pretio ha-
beantur, hoc quod ex Historicis facile, si opus esset, &
non res ipsa contestaretur, probari posset. Vid. Bodin. d.l.
Ut tamen ad nostrum institutum, qualemcumque rei
ipsius, qu^e superest, explicand^e causa tradamus, dicimus:
Nobilitatem esse dignitatem generis sive certæ familiæ,
beneficio Principis ac Legis eidem collatam, certisque
privilegiis communiam, qua illa communi & vulgari
hominum serie & conditione eximitur. Dan. Otho. d.l.
Brautlacht. d.l.

IV.

Hæc in nonnullis Regnis (ut in Dania) est una &
eadem, Nobiliumque hactenus nulla differentia; In-
aliis verò certi & distincti Nobilium sunt gradus; im-
primis verò in Imperio Romano-germanico multæ
sunt differentiæ Nobilium: Alii enim dicuntur Nobi-
les liberi & immediati, Reichs freye und unmittelbare
vom Adel; Alii mediati & provinciales, Landsassen. Be-
solid. in Syn. Pol. cap. XVI. de subd. emin. §. 9.

V.

Nobiles liberi & immediati sunt, qui immediate
Imperatori & Imperio sunt subiecti, & solum Impe-
ratorem Cameramque Imperii, ob Jurisdictionis con-
currentiam pro superiore recognoscunt; à reliquorum
verò Statuum Imperii, cuiuscunque dignitatis, jurisdi-
ctione, exactionibus &c. exempti & liberi sunt; Conf.
Recess. Imperat. Augustæ Vindel. de anno 1500. §. Was-
man mit der Ritterschafft. & de anno 1555. §. und in solchem
Frieden. Item Spira, de anno 1542. §. demnach haben wir.

A 3

Ordin.

Ordin. Camer. 1. Tit. 3. n. 34. & passim. Gylman. in Sypho-
rem. supplic. Cam. 1. Tit. 3. n. 34. Paurmester. 2. de Iurisdict.
c. ult. n. 1. Reink. 1. de Regim. S. & E. 4. c. 20. n. 10. D. Otho.
d. l. D. Becker. in synops. Iur. Publ. p. 351.

VI.

Atque hi Nobiles à loco, ubi arcus suas & sedes
habent, notissimo Imperii stylo distinguntur in tres
Classes, nempe in Classem Franconicam, Suevicam,
Rhenanam, dd. Recess. Imp. & Dd. alleg. loc. & qui novissi-
mè, anno nempe 1651. vulgi tandem erroribus Impe-
riali rescripto sopitis, illis feliciter fuit coniunctus, di-
strictum Alsatiæ inferioris, (den Nieder-Elsässischen Rits-
terbezirk) Vid. Adel. Ritterordnung des H. Röm. Reichs
Frey-ohnmittelb. Ritterschafft im untern Elsaß. pag. 33. &
44. ibi: sie als ein absonderliches Corpus erkant ē.

VII.

Singulæ verò speciatim iterum subdistinguntur,
& quidem Franconica in sex loca, in sechs Orth/ nempe
1. Odenwald / 2. Steigerwald / 3. Gebirg / 4. Altmühl /
5. Baunau / & 6. an der Kōhn und Werra. Hi qui distri-
ctus duo à nonnullis, Regionis huius ignaris, aliis, sed
certè ineptis & ad Utopiam pertinentibus designantur
nominibus. vid. Dan. Otho. 3. I. Publ. 19. Limn. 6. I. Publ. 3.
n. 46. Schuß. Iur. Publ. 9. th. 9. lit. a. b. Cæterùm explica-
tiūs definitur, daß solche ihren Anfang habe zu Franck-
furt am Main / und ziehe sich hierüber auff den Vogelss-
berg / nach dem Knoll / zu dem Süllings-wald / an die
Werra; dann disset dieses Flusses an dem Thüringer und
Böhmer Wald heraus / hinter dem Mortgather / bis an
das Herfeld / und herwerts des Kochers / die Jarthinab/
dem Neckar zu / gegen Wimpffen / von dannen nach
Aschaff-

Aschaffenburg / und also den Mayn hinunter bis wieder
an Frankfurt: Ita Limn. d.l. Schuh. d.l.

IIX.

Suevica verò in quinque quaterniones, in fūnff
Vierttheil / nimirum 1. Hegau / Bodensee und Algau / 2.
an der Donau / 3. am Röcher / 4. am Schwarzwald und
Neckar / 5. im Kreichgau. Vid. Nob. Dn. Lerch d. l. summ. 99.
fol. 16. Tit. 8. ibi: auff dieser Gesellschaft S. Georgen
Schildgesellschaft des freyen Bundes iC.

IX.

Rhenana denique Classis in tres districtus, dren
Landschafts Orth / quorum 1. ist die Gau oder Wass
gau / 2. Wetterau / Westerwald / Rheingau / 3. Nies
der Rheinstrom / Hundsrück / und Eberswald iC. Hu
ius terminos plenius exponit Nobilissimus Casparus
Lerch / (sub nomine Simon Günters) in tr. de privileg.
Rhen. Nobil. priv. 4. n. 1. & priv. 5. & seqq. n. 2. Et ex eo Nol
den. tr. de Nobilit. c. 16. concl. 147. daß nemlich diese (classis)
ihren Anfang habe vom Hagenau / und erstrecke sich auff
selbige Seiten des Rheins bis an das Erzstift Cöln / auff
der andern Seite des Rheins des Orths gegen Mainz üs
ber / da der Mayn in den Rhein fleust / anfahend / und das
selbst dem Mayn hinauff / bis gegen Aschaffenburg / von
dannen wieder herumb von Gelnhausen / folgends hinü
ber an den Lohnstrom / auff beyden Seiten dem Westers
wald hinab bis an den Rhein / und alda den Rhein wieder
hinauff und hinab bis an das Land zu Bergen gehend.

X.

De Districtu Nobilitatis Alsaticæ, so am untern
Elsas von der Eckenbach anfänge / und sich untern Ha
benauer Forst erstreckt / Vid. post Bernhard. Herkogen lib. 6.

c. 2.

281
c.2. & 3. in Chron. Alsat. prælaudatus Dn. Caspar. Leth. d. II.
summ. 53. f. 135. lit. V. i. br. von dem Elsäsischen freyen Reiches
adelie. Nolden in tract. de Nobil. Civil. c. 16. th. 147. Limn.
2. I. Publ. 6. c. 5. n. 70. Thriesbach. de statu Nobil. n. 555. Ma-
gnif. Dn. D. Tabor. in Coll. priv. I. P. D. Otton. cap. XIX.

XI.

Nobiles Landsassii sive Provinciales sunt, qui quidē Nobilitate præfulgent, suisq; exteris immunitatibus gaudent, Principi tamen, vel alii Imperii statui in Imperio, in cuius territorio, ut ordines territorii bona habent, subiectionis juramenti obstricti sunt, & homines jurisdictionales, quibus in omnibus mandari ac præcipi potest. Atque hi subdividuntur, quod alii sint in specie Landsassen / alii Stadtsassen. Illorum alii sunt vel Schriffe oder Canzleisassen / alii verò Amtsassen. Illi sunt & sic dicuntur, quod illis non nisi der Landsfürst / vel sub eius nomine & sigillo dicasterium sive consiliarii Principis imperitent, quique illi vel his solis parenterentur: Hi verò quod Toparchis, Praefectis, Quæstoribus (den Amtsmännern und Schössern) hactenus subiecti sint, ut coram illis in prima instantia activè & passi- vè comparere & stare teneantur. Reink. d. l. n. 47. Conf. Wehner. in obs. Pract. & Besold. in Thes. Pract. Speidel. in notab. in voc. Amtsassen / & voc. Landsassen. Cellar. in Polit. c. 19. de Subditis, §. II. & 12. Stadtsassen vocamus Pa- tritios, illustrium præsertim & celebriorum Imperii ci- vitatum, nempe Noribergæ, Augustæ Vindel. Ulmæ, Francfurti &c. qui & plerique per diplomata Cæsarea Nobilibus aliis æquiparantur: nec dici potest per subiectionem eiusmodi Civitati debitam Nobilitatem amitti. Conf. Kyllinger. de Ganerb. Castr. 3. n. 95. & seqq. D. Io- hann. Jacob. Draconem in ir. de Iure Patritior. Exellen- tiss.

tiss. Dn. Præsidem, Promotor. atque Præceptor. meum,
ætatem venerandum, in Hodeget. Iur. Chart. 2. clim. 1.
Pag. 139.

XII.

Causa efficiens seu conferens Nobilitatem est per-
sona Maiestatem habens; ab hac enim Ius hoc nobili-
tandi formaliter fluit; Ita Reges Hispaniæ, Galliæ, Sue-
ciæ, Daniæ, & etiam Papa, quatenus in suis terris Mai-
estatem Politicam obtinet. *Guil. Barclai. de potest. Papæ c. 1.*
& seqq. Omnes & singuli hi restè creant Nobiles; Etiam
quicunq; Status alii Superiorem non recognoscentes,
& jura Maiestatis habentes id ipsum quoq; possunt. *vid.*
Vultei. l. 1. de feud. 3. n. 13. M. Steph. 2. de Iurisd. l. c. 2. n. 17. &
seqq. Sanè in nostro Imperio Romano-Germanico Sa-
cratissimus Imperator, nec non Rex Romanorum no-
bilitat. *l. 3. §. 2. C. ubi Senator. vel Clariss. l. 3. C. de Consul.* Ab
hoc enim, qui culmè est omnium honorum, aut si ma-
vis Principem summū cum Bl. sic comparare, Oceanus
est, ex quo & in quē uti fluunt & refluxunt quæcunq; flu-
mina: ita ab hoc omnes Dignitates, Privilegia, & con-
sequenter etiam Nobilitas dimanant, *l. 1. ff. de I. Jul. am-*
bit. l. 5. C. de div. rescript. Andr. Knichen de Saxon. non
provoc. Iur. v. Ducum Saxon. c. 1. n. 3. & quidem jure Ma-
iestatis suæ, sine cæterorum Statuum suffragio, l. 1. l. 5. in
fin. C. de dignitat. Speidel. dd. Dan. Otho dd. Bullæus
in horis subcissiv. Discurs. 4. p. 253. Sanè Archiducibus
quoque Austriae in suis territoriis Archiducalibus, No-
biles, imò & Barones Comitesque creandi jus compe-
tit, sed hoc ex speciali Imp. privilegio. *Cuspinian. in Au-*
stria, Munster. l. 3. Cosmogr. c. 416. Limn. l. 5. Iur. Publ. c. 2. 32.
Comites quoque Palatii Cæsarei quos vocant, quorum

B

pote-

potestas consistit in communicatione Reservorum Imperatoris, hanc habent potestatem nobilitandi, ut instrumenta nimirum Cæsaris. Dn. D. Thom. d. Disput. de Nobil. n. 19.

XIII.

Porro Nobilitatis causa materialis est homo idoneus & aptus. Idoneitas autem hæc & aptitudo dependet à Virtute. Causa enim cur quidam à plebeia conditione exempti inter Nobiles transcribuntur, est vel esse debet eorum Virtus, vel Civilis sive Togata, in prudenter recte consulendi Reipubl. consistens, vel Militaris ex justa militia descendens. Brautlacht. d. l. c. 5. §. 12. Utrâq; si strenuè eidem operam des, Nobilitatem sufficier mereberis. Non autem quævis Virtus ad Nobilitatem sufficiens est, sed oportet illam esse excellentem, illustrem & Reipubl. & vitæ communī admodum utilē, qualis est Fortitudo & Scientia. Libenthal. in Polit. s. de Nobil. Et cum Lauterbach. in tract. de arm. & liter. n. 59. Arumæ. Exerc. Iustin. 7. quæst. 9. de testam. Vnde etiam est versiculus:

Sunt duo, quæ faciunt, ut quis sit Nobilis, Ars, MARS.
Maior ab Arte venit gloria, Marte minor. Conf. Reinking. d. l. p. 215. Neque solum armis honestatur, sed & Legibus armatur Respubl. Vid. eleg. Locus in Conffit. de novo Cod. conf. in princ. Palladem enim & Miner- vam solers Antiquitas unam fecit, quamquam duplice functione; quippe natales eius olea, triplex vestis, noctua. Hæc sunt sapientiæ, Artium, Pacis documenta. At cristata hasta, ægis, Gorgon Laudum bellicarum. Hæc tamen altè compacta sunt, ut altero labefactato utrum-

trumque ruat. [Bloëmert. d. l. p. 266. Et certè Romana Nobilitas eo maxime nomine cæteris mortalibus præminere videbatur, quod militia, eloquentia Jurisque civilis cognitione præstaret. Bernhard à Rey. præf. in Epit. Iur. Civil. Obrecht. in Orat. de vera Nobil. p. 5. Arnisæus Polit. c. XII. p. 122.]

XII.

Ostendimus fundamenta, in quibus Nobilitas recombatur; Quemadmodum autem gradus Doctoris & Magistri confertur quidem, conferri sanè debet propter eruditionem; nemo tamen pro Doctore se vendicare audet, nisi renunciatus ab eo, qui rei illius potestatem habet: Ita nec ex Virtute quisquam nobilis est, nisi declaratus consensu eius, cuius ea est potestas. Hinc Paulus Castræns. l. 2. Consil. 22. illos propriè vult dici Nobiles, quos Princeps nobilitat, deque illis rescripta de Nobilibus loqui autumat. vid. Arnis. Pol. c. XII. p. m. 123. Fit autem hæc exemptio & Nobilis creatio non solum expresse, verùm etiam tacitè. Expresse, quando vel verbis solennibus, vel collatione diplomatum voluntatem suam declarat, arg. l. 3. §. 2. C. ubi Senator. vel clariss. Quod fit (1) Wann einem wegen seiner Thaten ein Adels- und Wapenbrief mitgetheilet wird / d. l. 3. (2) Wann einer wegen seiner Tugenden zum Ritter geschlagen wird / arg. l. 2. de primicer. (3) Si foemina ignobilis nubat viro Nobili, l. Mulieres C. de dign. l. fæmine 8. ff. de Senator. l. 10. ult. C. de Nupt. l. 2. C. de Episc. & Cler. add. l. ult. C. de incol. Vid. Perez. C. de dignit. n. 47. usque 58. Tacitè Nobilis efficitur, quando is, qui jus nobilitandi habet, sine oratione solenni, vel collatione diplomatum de sua dignitate participat, quod fit (1) Si Princeps aliquem in Cancella-

.383

fium & Consiliarium sui Palatii assumit. Acquiritur enim Nobilitas etiam ratione officii dignitatem habentis. Tiraqu. c. 6. n. 4. de potest. Duc. Ital. n. 68. & seqq. Bebold. Synops. Pol. d. l. §. 3. Cum ad Principis Maiestatem pertineat, ut domestici eius prædicti existentur. Id. ib. (2) Si quem Imperator de feudo Nobili cum annexa jurisdictione investiat, tanquam in Symbolum Nobilitatis, arg. c. 1. quis Dux 2. F. 10. Secus tamen est, si rusticus vel plebeius tale feudum emat. vid. Gothofred. Anton. d. Disp. Feud. th. 6. lit. b. Perez d. l. (3) si quem rescripto, vel quovis alio modo Nobilem appellat. Brautl. d. l.

XIII.

Finis Nobilitatis consistit in eo, (1) ut Virtuti debitum constituatur præmium, arg. l. semper. s. §. 35. de jur. immun. add. l. ult. C. de stat. & imagin. Dignissimo enim cuique dignitatem tribui Natura docet. Perez d. loc. n. 33. (2) ut Dignitatum ordo servetur, t. t. C. ut dignit. ord. serv. Interest enim Reipl. non solùm, ut Nobiles familię conserventur, l. 9. C. de quæst. & homines Maioribus suis digni nascantur, & eorum vestigia imitentur. Cicero. pro Sest. Verùm etiam, ut alii Nobilitatis præmio & prærogativa ad Virtutem invitentur, & eā decorentur, arg. l. l. ff. de I. & I. Neque enim Imperatoris illius Romani probandum est institutum, qui omnem omnium nobilium atque illustrium familiarum obliterare memoriam voluit, ne quæ suo generi probra obiicerentur. Neque etiam illi audiendi qui Chrysippi, & nesciò quorum aliorum secuti autoritatem, Nobilitatem calidum portentum atque ambitiosorum esse inventuni contendunt, quasi Natura parcas sit omnibus, nover- canul-

ca nulli, quasi eiusdem sint conditionis omnes, Christo nomen qui dederunt, quasi ab uno ortos procreatosq; parente Adamo, pari jure vivere, eodemque esse loco oporteat; non enim inventum est hominum, sed DEI Opt. Max. donum, & quidem eximium est Nobilitas, & divini favoris character. Nec quia eodem inter se vinculo sunt nexuque ligati à Christo nomen qui habent, idcirco vitæ huius civilis discriminem omne tollendum aut dignitas atque excellentia damnanda, cum in omnibus aliis rebus differentiam quampliam esse videamus. Junius in d. Orat. de Vit. Nob. Reink. d.l. n. 8. & seqq. Bloemert. d.l. p. 252. Hancque in bene constituta Repl. tanquam seminarium, cùm officiorum munerumque togatorum, tūm maxime militiæ ergo habere, Feudaq; Nobilibus concedi juvat. Hacque ratione olim Franci & Teutonici Imperatores perpetuum semper habuerunt militem, nec mercenariis uti cogebantur. Besold. Syn. Pol. d.l. §. 6.

XIV.

Privilegia promiscuè Ordini huic vel Legis beneficio, vel concessione Principis vel consuetudinis vigore indulta, varia sunt, & horum quidem præcipua consistunt (1) in reverentia & honoribus. Præ cæteris enim sunt honorandi & in sessionibus præferendi Nobiles, l. 3. §. sedendo C. ubi Senator, vel Clariss. Et iniuria iis facta gravius punitur, quām quæ facta plebeio, l. aut facta §. personæ ff. de pæn. §. 9. Instit. de iniur. (2) In immunitatibus; quamvis hoc non tam de jure scripto, quām de consuetudine. Nobiles enim sunt immunes à munericibus publicis, l. Senatorum l. quoniam C. de di-

erit. habentque prærogativam in assequendis Magistrum
tuum muniis, quemadmodum etiam in dignitatibus
& beneficiis Ecclesiasticis Canonicatum præferuntur
ignobilioribus; & ratione bonorum Feudalium (quam
opinionem eleganter defendit Modestinus Pistor. Con-
sil. 9. ibi: Solche Fragen. n. 43, & seqq. vol. 2. Add. Excell.
Dn. D. Struv. Ex. Feud. II. th. 5. vers. Item 4. Ubi Heigum,
Rosenthal. Klock. de Contrib. Carpzov. allegat.) pro qui-
bus Domino suo servitia feudalia præstant, ad collectas
& munera publica non tenentur, & à sordidis excusan-
tur. Tiraqu. de Nobil. c. 20. n. 166. Fallentias vid. apud
Nolden de Nobil. c. 16. n. 8. & seqq. (3) In præsumptione,
quia maior virtutum præsumptio est pro Nobilibus,
quam pro plebeis. Alciat. de præsumpt. Reg. I. præf. 48. We-
senbec. π. ad tit. ff. de præsumpt. Brautl. d. l. §. 19. (4) In pœ-
nis temperandis, si deliquerint, mitigari illis solet pœ-
na, cum ea tamen limitatione, quam habet Gail. lib. 2.
Obs. 110. n. 42. & seqq. nec possunt subiici quæstionibus
& torturis, l. milites. l. divo. C. de quest. l. nullus ad l. Iul.
maj. Confer. Colleg. Argentor. tit. de quest. thes. 7. Schön-
born. Polit. l. 3. c. 20. & c. 29. nec flagelliscædi. Bart. int.
2. C. de term. mot. Exempla ex Suetonio in vit. August. c. 5.
& Valer. Max. l. 8. c. 1. habet Lipsius 4. Polit. 4. & Schön-
born. dict. loc. Et si condemnantur, à furcæ suppicio
sunt immunes. Schrader. in feud. part. 8. cap. 3. num. 66. Si
conveniantur in quantum facere possunt, relinquun-
tur illis ampliores sumptus, quam ignobilioribus, nem-
pe ut lauti sese alere possint. c. non cogantur 41. dist. 3.
Et si qui ex iis non possident immobilia, satisdare non
tenantur, l. quoties, & ibi Bartol. C. de dignit. Perez ibid.
De aliis etiam Nobilitatis juribus. Vid. prolixius Ti-
raqu.

Tiraqu. d. tract. de Nobil. Reink. d.l. n. 5. Schönb. d.l. Dan.
Otho p. 650. & seq. Beck. Syn. I. Publ. d.l. n. 8.

192

2

XV.

Perlustravimus hactenus Consentanea, quæ scilicet ad Nobilitatis constitutionem, & constitutæ effectum, pertinent; sequuntur jam Dissentanea, seu Causæ, ex quibus amitti dicitur Nobilitas, quarum aliæ sunt apparentes, aliæ veræ. Schönbörn. d.l.

XVI.

APPARENTES sunt (i) Paupertas. Paupertate enim non extinguitur vel amittitur (ut Cæpolla credit in materia Nobil.) Nobilitas per l. humilem C. de incest. facit l. 2. §. 47. vers. Ergo Sabino ff. de O. I. nec solæ divitiæ nobilitant, quia cadunt etiam in personas turpes & infames, quibus dignitatum portas claudit Constantinus l. 2. C. de dignit. l. 12. Ita Scaurus Plinius lib. de vir. Illustr. nominat simul nobilem & pauperem; & Tacitus in Annal. Cottam Nobilem quidem, sed gentem. Etsi vero vulgo ludibrio soleant esse Nobiles isti; quandoquidem, ut venustè scripsit Curtius J. Ctus in tract. de Nobil. Sic ut Fides sine operibus mortua est, ita etiam Nobilitas sine divitiis. Nam genus & virtus nisi cum re vilius alga est. Horat. 2. serm. sat. 2. Non tamen ideo privilegiis Nobilitatis excidunt. Absint licet Nobilitatis fulcra & columnæ divitiæ, ipsa tamen Nobilitas & generositas manet. Stob. serm. 86. Tiraqu. d.l. cap. 25, num. I. Nihilominus tamen, cum omne bonum bono additum faciat illud præstabilius. Aristot. 10. Eth. c. 3. Et 1. Eth. 2. ad perficiendum Summum Bonū aliquid afferre divitias docet; splendorem & decus Nobilitati accedere propter divitias cum Tiraquel. c. 4. & 26. de Nobil. confitendum est.

303

est. Arnif. *Pol. cap. XII. pag. 121.* Schönborn. *dict. loco,*
cap. II. (II.) Advocandi munus, quod etiam non po-
test abolere Nobilitatem, præsertim si in summo Im-
perii tribunal fiat; Laudabile enim est Adyocatorum
munus, *i. laudabile C. de Advoc. divers. judic. Wesenb.*
in π. de postul. & in Cod. ibid. Ita Germanicum causas
orasse refert Suetonius. *in Calig. cap. 3.* (III.) Judican-
di munus, quod itidem Nobilitati non derogat. Quæ
maior enim potest esse gloria, quam præesse judiciis,
per quæ conservatur hominum societas, *i. iudices. C.*
de dignit. Quis non eum, qui litibus decidendis o-
peratur, summis honoribus dignissimum existimet.
i. semper in pr. ff. de jur. immun. Exempla nobilissimo-
rum hominum, qui juri dicundo præfuerunt, habet
Schönborn. *Polit. d. I.*

XIV.

VERA autem sunt, cum amittitur Nobilitas (1) per
vitæ turpitudinem, hoc est, per infamiam juris *i. 2. C.*
de dignit. i. si qua C. de secund. Nupt. i. i. C. ubi Senat. vel
Clariss. cap. Nobiliß. 2. quæst. 5. adeò ut etiam filiorum
Nobilitati præiudicet, *i. divo Marco II. C. de quæst. si sc.*
post delictum, & ob id abrogatam Nobilitatem sint
editi. Tiraquell. *de Nobilit.* 85. Imposita enim Nobili-
tus necessitudo videtur, ne à Maiorum virtute degene-
rent. Boet. *i. 3. de Consol.* Solâ tamen infamia facti, quæ-
sita Nobilitate nemo privatur. Cum enim Nobilitas
non uni alicui, sed toti familiæ concedi soleat, non
debet per unius flagitium cæteris immerentibus, qui
ex illa descendunt, iniqua conditio inferri. (2) Ar-
tium sordidarum exercitiis non obfuscatur tantum
Nobili-

2

Nobilitas; sed etiam planè tollitur, arg. l. ne quis 6. C.
de dignit. Novell. 90. cap. 1. Illiberales & sordidi sunt
quæstus (ait Cicero libr. I. Offic.) Mercenariorum o-
mnium, quorum operæ, non quorum artes emuntur.
Est enim in illis ipsa merces autoramentum servitu-
tis. Atqui eam ob causam Romæ quæstus omnis Pa-
tribus indecorus est visus. Livius l. 2. Et negotiatio
etiam vel minimi lucri causa suscepta officit Nobili-
tati; Quomodo M. Æmilio Scauro nihil obfuit, quod
Pater ipsius paupertate coactus Carbonariam exercuif-
set. Jac. Curtius Tom. I.. Coniect. lib. 2. cap. 29. Perez. d.l.
Aut penuria Nobilium sit in patria, quia tunc in eo-
rum defectum ad munera publica assumi possunt,
qui honestam negotiationem exercent; l. 12. ff. de De-
cur. l. 6. C. eod. Unde quamvis jus commune hono-
rum luce conspicuos mercimonia exercere prohibeat,
l. 3. supra de Commerc. & merc. l. 6. C. de dignit. Bocer.
tract. de Regal. cap. 2. num. 52. M. Stephan. 2. de Jurisd.
cap. 2. membr. 2. num. 92. Mores tamen Regionum
famosos & honestos Mercatores, qui non tenuiter
negotiantur, admittunt ad Magistratus & honores,
cum viri honorati vocentur, l. 1. C. de Offic. Civ. Jud.
Sic in multis locis divitiæ honestè partæ nobilem fa-
ciunt, præsertim si illæ sint antiquæ, ut in Lusitania,
Italia, Venetiis. Decianus Respons. 66. num. 40. Vol. 3.
Perez in Cod. dict. loc. Excell. Dn. D. Tabor. in Armamen-
ment. pag. 28. Dn. D. Thomæ d. Disputat. num. 14. M. VI.
(3) Per matrimonium, cum Nobilis fœmina ignobilis
nubat, dignitatem etiam amittit, quia in familiam
transit mariti, arg. l. 1. Cod. de dignit. l. 8. & ibi Castal.
ff. de Senator. Vid. Vultei. Consil. Marburg. 33. n. 168. vol. 3.

C

Car-

Carpzov. Jurispr. for. pag. 2. cap. 10. def. 32. Dan. Otto
dict. loc. pag. 337. Brautl. dict. loc. §. 20. Et hæc quidem
de Nobilitatis acquisitione & ammissione
properanti delibasse fas fuerit.

Sitque

SOLI DÉO GLORIA.

Erratis venia.

Mantissæ.

An plebeius ab extraneo Nobili adoptatus verè nobilitetur? rectius mihi negari videtur à Reink. i. de regimi-
fæc. & Eccl. cl. 5 c. 11. n. 21. & seqq. Besold. i. de lib. Jur. i.
quæst. 20. Treutl. i. disp. 2. th. 10. lit. a. & 2. disp. 15. th. 5.
lit. c. quam affirmari à Bachov. in animadv. ad
Treutl. dd. II. Locamer. quæst. Justin. 31. Gothofred.
ad l. 23. ff. de adopt. lit. b.

2.
Ita quoq; arbitror, vix ullo Iuris textu demonstrari posse;
Doctoratus dignitatem, hodie quempiam Nobilem redi-
dere, Nobilitatem ve, quæ nunc in usu est, cuiquam con-
ferre: quicquid etiam Ioh. Lauterbach. in tract. de arm.
& liter. Arumæus 7. Exerc. 9. opinentur; utut in suo
genere Doctores nobiles esse & dici, non inficiet. fac. in
arg. Reformat. Polit. lata Augustæ Vind. de Anno
1530. Tit. vom Adel / repetita ibid. Anno 1548. & in
Comitiis Francfurt. 1577. c. II. & 12. Ioh. Halbritter, de
privil. Doctorum per tot. Pfeil. consil. 197. n. 8.

3.
Quamvis & hoc verum esse, quisq; afferere teneatur; Di-
gnitatem Doctoralem non officere Nobilitati, multo-
minus eandem dedecorare & obfuscare. Vid. Speckh.
i. quæst. ult. Mran. ad c. in nostra. X, de Testib. n. 18.
Genero-

Generoso & Nobilissimo Dn. Respondenti divinam bene-
dictionem omnemq; in columis atem precarus

QUiam nunc ingrederis, faustis, Virtutis & artis
KEUDELI auspiciis, hac decet ire via;
Hæc cœlo grata est, hac gloria vera paratur,
Gloria, qua generis statque vigetque decus.
Perge ut cœpisti, Numen tua cœpta secundet,
Teque exoptata prosperitate beat.

Gr. Scribeb.

Johannes Schmidt, Theol. Doct.
Prof. Ordinat. & Conventus Eccles.
Præses, Argentorati.

Non satis illustres serie laudare Parentes;
Natorum Virtus Nobis stemma beat;
Sic natalis honor Virtutis acumine crescit,
Virtuti fatum cedit, utrumq; vige.
Est opus ergo tuum prænobile, Nobilitatis
Dum iura exponis; quid deceat q; docess.
Perge beare tuos proavos; DEVS ipse beabit
(quod voveo) tantum Nobilitatis opus.

Joh. Heinricus Wieland, U. J. D^{ds} Libe-
ri Equestris Ordinis per inferiorem Alsa-
tiam Consiliarius & Syndicus.

Gloria non parva est, generoso sanguine creti
Simus, & illustres si numeremus avos;
Gloria sed maior, terræ vel fæcibus orti
Simus, ubi factis exsuperemus avos;
Gloria suprema est & longè maxima, sanguen
Si vitæ & magnos re, referamus avos.
Ergo, KEUDELI, quanta est tua Gloria, nate
Sanguine, quodque refers, & superare studes.
Non tibi Maiorum sumosa arridet Imago,
Maiorum Virtus vivida sola placet.
Sic Generis laudem debes Maioribus, auctam
Ut tua Posteritas debeat inde tibi.

M. Joh. Christoph. Rebhan, Isnac^o-
Thur. Eccl. Wilhelm. Argent. Diac.

Natus

Naturae refert gentes, quid mirum se tibi cordi est
Nobis à Kedel Nobilitatis honor.
Inoluta nobilitat Virtus astrisq; reponit,
quasi quis careat, nil nisi nomen habet.
Eniuit quondam Masorum herosca Virtus,
altera Marte foris, altera at Arte domis.
Sanguine non indigna tuo documenta politis
pelloris & culti proposito ingenij.
Sedulus bac cura clarum generose Paventum
flos, ut sis proprio Nobilis à merito.

L. M. Q. f.

Joh. Bernhard Frohn, P.

Artes nobilitant, cupis hanc attingere metam,
Artis dum specimen reddis, Amice, tuae.
Perge, DEVS foveat, quo det Tibi dulce brabeum
Virtus, sisque Tuo gloria magna Patri.
Ita amicissimo suo Kedelio grat.
Wigand. Adolph. von Penzig/Equ. Luf.

Celsa petit Princeps avium, Liquidumq; Polarum
Remigio penna scindere gestit ecer:
Sic tu KEVDELI, generis dum nobilis orsus
qua vulgo ignorat, celsa subire cupis.

Amoris & honoris ergo f.
Ernest. Heinricus à Lendersheim/Nobil. Franc.

Nobilis es natu; fieri quoque nobilis arte
Tende; tu os ausus fospitet opto DEVS.
Ita agras. Commons alio suo exceptissimo
Paulus à Greising/Nobil. Transylv.

Nobilitas vera est Virtutis lumene nitid
Nos homines qua post funera solabeat.
Hanc tu settaris KEVDELI, magna Parentum
Spes! Verè nobis hinc Generosus eris.

Gratulabundus transm.
Sigismundus Reinhard, I.U.C. Consistor. Mulhus. Actuar.

Qvando KEVDELI, jam puplica pulpita scandis,
Et Themidos nostræ fulgida templâ subis.
Dumque doces Causis queis perdi queisq; parari
Nobilitas possit; quod decet, ipse facis.
Tu modò perge! meis res est iucunda Camoenis
scriventi studio fertiva vota dare.

Nobilissimo suo Coniubinali ita calamo occupari solum gratul.
Christophorus Erich/ Ilennacensis,

P I N I S

ULB Halle
003 882 810


3



(f) 56

Kmz






Q. 1. 77. num. 3

B.I.G.

Farbkarte #13



DISPUTATIO
LITICO-JURIDICA,
DE
RENDA & AMITTENDA
BILITATE,
Quam
ADSPIRANTE GRATIA,
a Argentoratensem Academia,
SUB PRÆSIDIO
VIRI
ESSIMI, CONSULTISSIMI
EXCELLENTISSIMI,
JOHANNIS REBHAN,
PAND. PROE. PUBLICI,
UNIVERSIT. RECTORIS
MAGNIFICI,
oris atque Præceptoris sui sempiter-
observantiae cultu prosequendi,
LICO EXAMINI SUBIICIT
JN. WILHELMVS Reudel/
Nobilis Hassus.
Ad Diem 12. Marty.
Loco Horisque consuetis.
ARGENTORATI,
graphéo FRIDERICI SPOOR.
ANNO M. DC. LVI.

183
16569.

Dep. 16

16

29

